Miracula.

Et cunctos pariter tetra dementia saepsit,
Donec bomboso processit clamore taurus;
Setiger horrendis crispato vertice pilis
Occurrit minitansque infixit cornua fibris,
Discutit atque agitat vehementi viscera pulsu,
Donec vitales moriens amiserat auras.
Extitit infandus iam ductor sontibus iste
Et mirum dictu torvus vestigia taurus
Impremit silici velut mollissima cera
Unguibus et teneris cessit firmissima cautes;
Omnia nam Christi poterit patrare creator,
In sanctis suis praeclarus omnia patrat.
Ast ubi pallentem nox furva amoverat umbram,
Tum pius egreditur praeviante spiritu sancto
Invenit et cunctos trepidantes lingere terram

Ailred cap. 8.

piis ... Taurus enim armentarius quasi in furorem versus invadit homines latronumque principem inter ceteros impetens prostravit miserum, cornibus ventrem perforat animam simul cum visceribus excuciens. Deinde terram unguibus fodiens mirabili impetu saxum quod invenerat pede percutit ac mirum in modum in tanti miraculi testimonium quasi in molli cera in lapide pes mergitur relinquens in petra vestigium et ob vestigium loco nomen designans. Adhuc enim ipse locus anglice Farres Last, latine Tauri vestigium nuncupatur. Interea pater beatissimus sollempni orationum statione soluta digreditur cer-

---

221 'clementia' M. — 'bombosus' öfter bei Aldhelm.

223 'Setiger' vom Löwen gebraucht bei Aldhelm Aenigmata 39, 1. Dümmler PAC I 381, 54 hat 'saltigeros tigres'. Diese merkwürdigen Tiere sind natürlich auch 'setigeri' bezw. 'saetigeri'.

226 'vitales auras' vgl. Verg. Aen. 1, 387 f.

227 'infandus', d. h. 'terribilis'.

229 Zu konstruieren 'et velut mollissima cera ... cessit cautes'; 'mollissimae cerae' möchte ich selbst bei diesem Dichter nicht ändern, wenn es nicht unbedingt nötig ist.

232 Vielleicht 'sanctisque'. — Ps. 67, 36.

233 'ammoverat' M.

235 'lingere terram' hat auch Aedilwulf PAC I 593, 51.